

Euterpe cohibet: neq; polymnia
Lerboum refugit tendere barbiton
Quod sine lyricis uatibus inferis/
Sublimi feriam sidera uertice.

ODE SECUNDA. DE LAUDI
BUS OCTAVIANI

IAM satis terris inuis: atq; dire
Grandinis misit pater: et rubente
Dextera sacras iaculatus arces:
Teruit urbem:

Terruit gentes: graue ne rediret
Saeculum pyrhae noua monstra quae:
Orme cu protheus pecus egit altos
Visere montes.

Piscium et summa genus haesit ulmo:
Nota quae sedes fuerat columbis:
Et superiecto pauida natarunt
Aequore damae:

Vidimus flauu tyberim/retortis
Lictore etrusco uiolenter undis
In re deiectum monumenta regis
Templaq; uestae.

In litae dum se nimium querenti
In aetat ultorem: uagus & sinistra

